Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nicodemi Frischlini Rebecca

Frischlin, Nicodemus

Altorfii, 1611

Actvs II. scena II.

urn:nbn:de:bsz:31-138617

Visual Library

ACTVS II. SCENA II.

Chamus, Iſmaël.

DIſpereant omnes ruſtici, omnes agricolæ, omnes Philoſophi,
Quicunq; vel aratro, vel falce, aut ſarculo
Philoſophantur. Diſpereant inquam, peßimis omnes modis
Nam horum nunq̃ cuiquam quicquam in mentem venit, ut rectè faciat
Modo egreſſus domo, ut futuræ venationi operam darem:
Et quæ neceſſaria ſunt præpararem: vix vnum in Pharan
Reperi, ſuo qui fungeretur officio rectè & probè·
Omnes ſtare, oſcitari, ronchos ducere, deniq; nec malis (verier,
Neq; bonis verbis, nec verberibus, quidquam mo-
Sed certum eſt mihi, ſi herus illò advenerit, impunè haud quaquam ferent.
Nunc convertor domum ocyus: IS. Vocabo: Heus Chame. CH. Quis vocat?
IS. Auſculta. CH. Emere oportet, quem tibi obedire velis. IS. aſta, mane
CH. Satis pro imperio, quis es. IS. Ego ſum Chame, ad me reſpice.
CH. Proh Deum, herus eſt, non videram. Obſecro te her-

te hercle, ignoſcas mihi:
Nam alium eſſe cenſui ac es. IS. erga alios ſis, vt
animo lubet.
Dummodò mihi rectè morem geras. Sed quid a-
gunt ruſtici?
CH. Iſtine? IS. non: ſed quos tecum eduxiſti in
deſertum Pharan.
CH. Nihil rectè. IS. Neq; hi ſceleſti verberones
quicquam agunt, (ram.
Nihilq; omninò eorum perſecuti ſunt, quæ iuſſe-
CH. Credo facilè: vt eſt ingenium omnium agri-
colarum à venatoribus
Alienum. Nam quales ſint iſti, modò quos in ne-
mus Pharan
Eduxi id malo te corā videre, quàm verbū meū
Prolixius doceri. IS. Ego de illis poſt in agro vi-
dero: (caveram.
Nunc aliud agendum reſtat: cuius gratia hûc vo-
CH. Quid illud? IS. Audies. An non dederas hu-
ic ruſtico canem
Saginandum? CH. Imò. IS. Vbi eſt? CH. Heri
mortuus eſt. IS. Mortuus? fame arbitror.
CH. Fortaſſe. IS. Sed an non huic etiam dederas,
canem? CH. factum here.
Atq; eccum. IS. ſine videam. Tene interim hoc
meum tu furcifer,
Venabulum. Proh Iupiter? Proh magna Diana
non pudet

Te hunc ſtrigoſum canem in meum conſpectum
producere,
Qui oſſa atq; pellis totus? Ita cura macer? quin
exta ei (quaſi
Vel vivo etiam in ſole inſpicere licet: ita pellucet,
Laterna Syriaca. CH. ita agilem fore credidit, ut
qui abdomine (curriculo
Pingui non impediretur. IS. At ego tres paſſus
Emetiri non poſſe, certò ſcio: nam totus eſt macer:
Totus cura famelicus. Sed cur cibū non præbuit?
Quid negligentia hac promeritum cenſes, Chame? CH. quid? crucem
IS. Hem ſic datur, ſi quis hero morem non rectè
gerit ſuo. (ſeram?
I intrò. Sed ubi nunc alter, quem rete afferre juſ-
Hic adſtat quidam cum reti. IS. ſine videam prob
Iupiter?
En rete hoc ad lepores capiendos factum. CH. Ad
urſos forſitan.
Nam ita laxum eſt, ita rarum: ut urſi atque alces
Penetrent ſine
Omni remora. IS. Quæſo hercle, homo hominum
omnium deterrime, (gere?
Cur auſus hoc facere? cur officium tuum ſic negli-
Quid meritus eſt? CH. Quid? pro una peſſima
plaga centum optimas,
IS. Pol haud erras, Chame. Sed tu quid reſpon-
des

des mihi? quid ſtas lapis?
Hem verbero, plagas tibi centum optimas, pro
una mala (pula tuo:
Hem, vapula nequiſsime, vapula: meritoq; va-
Atq; audi: ſi poſthac vel te, vel alium negligen-
tem ita
Deprehendero: ad id redigam miſeriarũ, ut ſem-
per ſis miſer.
Sed age, Chame, exploremus nunc etiam illorum
venabula.

ACTVS II. SCENA III.

Syrus, Iſmaël, Labrax, Chamus.

PRoviſo ubi ſint agricolæ: quod nuſquam com-
parent domi.
Nam biduum reor, ex quo non redeunt ex ſylvis
domum: (pulæ:
Mirum profectò, niſi genio ſuo indulgent, aut cra-
Ita ut fit, Domini ubi abſunt. IS. Tuumne Labrax
hoc venabulum?
LA. Meum verò, meo qui illud habeo coëmptum
peculio.
CH. Satis ſuperbè. LA. Satis moleſtè. CH. confi-
dentiam vide
Hominis ruſtici: ut os ſibi diſtorſit carnifex. LA.
Omitte me

IS. Nunc